

Petrus de Vinea

*Ep. V 25 (In nostrae maiestatis
presentia constitutus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 25 (In nostrae maiestatis
presentia constitutus...)*

1220-1266

Quod restituatur pecunia mutuata.

1. In nostrae maiestatis presentia constitutus R. de..., fidelis noster, coram nobis exposuit conquerendo, quod R. et C. de... sibi ex causa mutui in quadam summa pecuniae teneantur astricti, eam, ut tenentur et debent, sibi soluere contradicunt, ut asserit, in ipsius preiudicium et grauamen. 2. Vnde, cum prefato R. et cuicumque nostro fideli in suo iure adesse uelimus, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, coram te partibus conuocatis, et qui de iure fiunt euocandi, causam ipsam audias et decidas, iustitia mediante, ut pro iustitiae defectu neutri partium iusta supersit materia conquerendi.